

Georg Radow Andreas Wolf

Disputatio Inauguralis De Delictis Carnis

Rostochii: Kilius, 1675


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741213052>

Druck Freier  Zugang



Vergleichen des Fleisches

RU jur. 1675
Georg Radovius, Pr.
Marcus Wolff, Resp. 1c.



DISPUTATIO INAUGURALIS
^{DE}
DELICTIS CARNIS.

^{QUAM}
DEO AÜXILIANTE

Cum Consensu Magnifici Jctorum Ordinis
in Illustri Academia patriâ

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ET CONSULTISSIMI

DN. GEORGII RADOVII,

J.U.D. Prof. Publ. Celeberrimi, Nobilissi-
morum Statuum Ducatus Mecklenburgici Syn-
dici merentissimi, & Facultatis suæ in præsens

DECANI spectabilis.

DN. PATRONI ET PRÆCEPTORIS SUI
ætatem colendi.

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure honores
consequendi

publico Eruditorum Examine submittit

ANDREAS Wolff / Rostoch.

in Auditorio Majori

ad diem Aprilis horis ante 5 pomer.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1675.



V I R O

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO.

DN. DANIELI LIPSTORPIO,

**ICTO EXIMIO, PHIL: ORA-
TORIque INSIGNI.**

Ut &

V I R O

AMPLISSIMO & PRUDENTISSIMO

DN. DAVIDI OTTEN,
INCLYTÆ HAMB. REIP. SENATORI
DIGNISSIMO.

DNN. MÆCENATIBUS ac PROMOTORIBUS
omni observantiz cultu suspiciendis

submissâ Disputationis hujus oblatione
se suaq; studia commendat

AUCTOR





I. N. D. N. J. C.

Præfatio.

UTi quævis actio ob certam suscipitur finem, ita nec delicta suâ destitui docet *Eckolt. Comp. pand. tract. ad tit. d. priv. del. §. 4.* Imò DELICTA VENEREA s. Concubitus illegitimos, quibus de in præsens differere sustinui, libidinis expletionem, uti finem primum intendere, vel apud omnes constat; quæ ipsa tamen, subjecti objectivæ qualitate mutata, generis nomen relinquunt, & in peculiare transeunt species: Vel enim committuntur contra naturam, quò spectat (1) SODOMIA; vel secundum eam, quò retulerim quæ vel adhibitâ vi, vel sine eâ patrantur, ita ut priori modo velin ipso concubitu violentia adhibeatur, unde (2) STUPRUM VIOLENTUM; vel persona, qua cum quis rem habere intendit, violenter abducatur, hinc (3) RAPTUS: Posteriori modo, aut inter personas de jure cæteroquin coire prohibitas, unde (4) INCESTUS; aut non prohibitas, easque vel solutas, hinc (5) FORNICATIO (6) CONCUBINATUS (7) STUPRUM; vel adstrictas, & quidem vel matrimonio, unde violatur fœdus conjugale per (8) BIGAMIAM & (9) ADULTERIUM; vel virginitatis voto, & hinc (10) SACRILEGIUM LUXURIOSUM, quibus (11) LENOCINIUM, uti maximè affine, adjecerim. Esto i-
giur

CAP. I.

DE SODOMIA.

Th. 1. SODOMIÆ Crimen, inter reliqua Carnis delicta gravissimum fœdissimumque, originem & nomen à Sodomis, quippe Sodomitæ ob id delicti genus sulphure consumpti, traxisse vel ipsa testantur Biblia *Gen. 19. 24.* in vernacula nostra dicitur die Unkeusche, hese wleder die Natur. CCC. art. 116. Describi potest per coitum cum brutis hominibusque contra naturam patratum. *Damb. pr. Crim. c. 69. n. 3. Carpz. pr. Crim. q. 76. n. 1.* Prius Subjectum quod attinet, nihil interest, cujuscunq; sit generis, quia *textus CCC. d. art.*

Δ

est

est generalis, patratque, si vel masculus cum iis congregiatur, vel femina se abs iis cognosci patiatur; contra naturam enim sanguis humanus cum brutali commiscetur. *Damb. d. l. n. 21.* quod ad posterius spectat subiectum, committitur hocce Crimen tripliciter, vel enim masculus congregitur cum masculo; vel femina cum femina, & ita in sexu eodem; vel masculus cum femina & ita diversò: priorem coeundi modum in gentibus etiam execratur *D. Paulus ad Rom. 1. 27. l. 31. C. ad L. Jul. d. ad Stupr. § 4. J. de publ. jud. N. 141. pr. CCC. all. l. Sibi Steph. Damb. d. l. n. 8.* alterum æquè *l. c. CCC. d. l. Damb. d. l. c. 98. per tot.* Posterio rem modum, ut quò præpostera exercetur Venus, non cognoscendò feminam debitò modò, sic sat abominabilem pronunciat *all. l. 31. C. d. l.* licet etiam propria fuerit conjux; majus enim cum ea quàm extraneà committitur delictum *c. 11. c. 32. q. 7.* Inter Sodomix species à nonnullis refertur delictum quodpiam, quod alii Mollitiem, alii Masturbationem alii Manusturbationem vocant; sententia tamen illa, quod non perpetretur cum alio subiecto, communiter reprobatur. *Carpz. all. l. n. 11. Eckolt. l. c. § 14.*

Th. 2. Pœnam hujus delicti quod attinet, ultimò coercetur supplicidò *Exod. 22. 19. Lev. 20. 15. c. 4. 15. q. 1. §. 4. Inst. d. publ. jud. l. 1. §. 2. ff. d. Extraord. Crim. qui Textus canonizatus in c. 15. §. 1. c. 33. q. 3. l. 31. C. ad L. Jul. d. ad Stupr. N. 141.* quæ tamen pœna ubique ferè locorum exasperata, ita ut Sodomix vel vivi, vel eorum cadavera igni tradantur. *CCC. arz. all. Brun. ad all. l. 31.* brutumque sanguine humano pollutum, non quod peccarit, sed uti Instrumentum socium, ad tanti sceleris memoriam extinguendam, una comburatur. *Lev. all. l. all. can. 4. c. 15. q. 1.* modò non consistat in merito conatu *l. 1. §. 2. ff. d. Extraord. Crim.* nec vi ad Sodomiam cogantur. *l. 1. §. 6. pr. ff. d. postul. l. 20. C. ad L. Jul. d. ad Stupr. c. infames c. 3. q. 7.* nec fuerint infantes, vel infantix proximè *l. 108. d. R. J. CCC. 179.* ut qui doli incapaces, & ita delinquere nequeunt. *l. 12. ff. ad L. Corn. d. sic. §. pen. J. d. Obl. q. ex del. l. 31. §. impuberes C. d. fals. man. c. 1. X. d. del. puer.*

CAP. II.

DE STUPRO VIOLENTO.

Th. 1. Mutum illud peccatum, uti vocat *Dierer. Inst. Ca. eccl.*

rech. p. m. 178. excipit STUPRUM VIOLENTUM, germ. Noth-Zucht CCC. art. 119. Describiturque per violentam virginis vel viduæ compressionem all. CCC. d. l. l. 29. C. ad L. Jul. d. ad. v. hæ autem Carpz. d. l. p. 2. q. 75. n. 1.

Th. 2. Pæna est ultimum supplicium *Deut. 22. 25. 26. 27. l. 1. §. fin. ff. d. exeraord. Crim. l. 29. §. ult. ff. ad L. Jul. d. ad l. 3. §. 4. ff. d. vi publ. CCC. all. art. pudicitia enim semel corrupta restitui nequit. l. un. C. d. R. Virg. Carpz. l. c. Wes. par. ff. ad tit. ad L. Jul. d. ad. n. 21. Mev. ad J. L. 4. 7. 1. n. 1. licet mulier metu mortis consentiat. Mev. d. l. n. 11. & seq. vel inferens sit minorennis, ob verborum CCC. generalitatem; ubi enim Lex non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere. arg. l. 8. ff. d. public. in rem act. Imò ne quidem in Crimine adulterii à pæna ordinaria est immunis, nisi circumstantiæ judicis arbitrio determinandam relinquunt. l. 37. §. 1. ff. d. Min. l. 38. §. 4. ff. ad L. Jul. d. ad. Ergò multò minus hic ob vim publicam l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. d. vi publ. Carpz. J. F. p. 4. C. 31. D. 5.*

Th. 3. Ex adverso Vi compressa ut sine omni peccato, ita etiam à pæna immunis est. *Deut. 22. 25. l. 13. §. 7. 7. l. 39. pr. ff. ad L. Jul. d. ad. quia delicta non nisi ex animo æstimationur c. 54. X. d. sent. excomm. l. 53. pr. ff. d. furs. Imò inviolatæ existimationis permanet. l. 20. C. ad L. Jul. d. ad. St. l. 13. §. 7. ff. eod. l. 1. §. 6. ff. d. postul. licet sertum vel virginitatis coronam, den Jüngsträwlichen Schmuck und Kranz / in capite portare prohibearur, aded, ut si jussui judicis parere nolit, arbitrarià pæna afficiatur. Carpz. all. l. n. 80. Spr. Crim. p. 2. q. 70. n. 53. per cap. illa c. 32. q. 5. Mev. d. l. n. 19. qui enim imprægnatæ uterumvè gerenti illud concederetur, cum corporis integritatis causa, uti mitra corruptæ virginitatis signum, imponi soleat. Mev. d. l. n. 20. Carpz. J. Consi. 2. 14. 237. 10. licet Brunn. per all. l. 20. C. ad L. Jul. d. ad. & St. de ea re dubitet, ad d. l. 20. Cessat etiam præterea pæna Criminis hujusce ordinaria, si Vicennium elapsum, l. 29. §. fin. ff. ad L. Jul. d. ad. l. 12. C. ad L. Corn. d. fals. Steph. ad all. CCC. art. 119. in fin. per l. 5. §. ult. ff. ad L. Jul. d. vi publ. aut si conatus adfuerit sine effectu, all. art. ita tamen, ut si hoc casu violentia quædam realis adhibita, extraordinaria illa pæna aggravetur. Brunn. ad l. 3. ff. ad L. Jul. d. vi publ. aut tandem, si argumento raptoris Vi compressam de jure Canonico duxerit. Brunn. ad l. 1. ff. d. extr. Crim.*

CAP. III.
DE RAPTO.

Th. 1. Ad imitationem Constit. Car. V. Criminalis, ut quæ Raptum & stuprum violentum diversis perhibet articulis, & Ego Stupro Violento Raptum singulari capite subjungo: præcipuè, cum præterea inter hæc duo plurimæ dentur differentia, quas tradit *Berlich. Concl. 41. pr. & passim num. seqq. p. 5.* Descripserim verò Raptum, germ. *Entführung* per Crimen publicum *l. 1 ff. d. publ. jud.* quod personam honestam s. virginem s. nuptam abduccendò committitur *L. un. C. d. R. V. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. d. vi publ. CCC. art. 118.*

Th. 2. Coërcetur hocce delictum capitis supplicio §. 8. *J. d. publ. jud. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. d. vi publ. l. un. C. d. R. V. N. 143. pr.* etiam confiscatione bonorum *d. l. un. §. 1. Carpz pr. Crim. p. 1. q. 40. n. 27.* Raptæ in violentiæ solatium, si laica fuerit, applicandorum, *d. l. un. §. 1. & 2.* Salvâ tamen Raptoris liberis Legitimâ. *l. 7. ff. d. bon. damn.* hocque Capitis supplicium extenditur (1) ad dolosos complices *d. l. un. pr. §. 2. & 3. §. 8. J. d. publ. jud. d. N. 143. pr.* qui in ipso raptu vel ante, vel post præstitierunt operas, utut bona eorum non confiscentur, nisi in ipso raptu auxilium præbuerint. *d. l. un. §. in autem & §. penas C. d. R. V.* Eademque ratio Receptatorum *d. l. un. §. 2. verb. qui eos susceperunt.* (2) ad raptores sponsarum propriarum *d. l. un. §. quibus* (3.) ad Mulierem contentientem *l. un. §. si uxorem. C. d. R. V. CCC. d. art. 118.* non enim censetur propriè voluisse sed dolosâ persuasione inducta, præcipuè cum membra sua exponere nequeat *l. 13 pr ff. ad L. Aquil. jure tamen Lubec. si rapta excessit annum decimum sextum, & consentiat, Raptor à pæna ordinaria absolvitur 4. 7. n.* non enim tam libidinis quàm matrimonii causa eam rapuisse intelligitur; qui animus à pæna ordinaria, etiam jure communi, relevat, cum cæteroquin vel totus mundus, *Mev. d. l. n. 3.* vel maxima pars hominum capite plectenda foret *Brun. ad l. un. C. d. R. V.* Si verò ejus ætatis rapta non sit, raptor punitur gladio, raptaque hereditatum, quæ ab Intestato deferuntur, incapax est, perpetuaque relegatione coërcetur; *Mev. d. l. art. 2. n. 5.* Imò Crimen hoc adeò detestandum, ut nec convicto aut condemnato appellandi beneficium concedatur. *l. un. in fin. pr. C. d. R. V.* nec tori præscriptio hinc quicquam operetur *d. l. in fin. pr.* sed ubique locorum puniri queant. *Brun. ad l. pen. ff. ad L. Jul. d. vi publ.* quin servilis conditionis raptor

igai-

ignicremis afficitur. *l. un. §. fin. C. d. R. V.* Deprehensusque à parentibus, Consanguineis, Tutoribus & Dominis, cujuscunque conditionis raptor, impune occidi potest. *l. un. pr. verb. ne igitur C. d. R. V. N. 143. pr.* aded, ut parentes id non remittere solùm nequeant, sed non persequentes etiam Raptum, exilio s. Deportatione, uti suspecti, coërceantur *d. l. un §. si penas in fin. N. 150. §. si parens.*

Th. 3. Haud injurià contra prædicta capitis pœna mitigatur (1) in attentante, nec peragente conceptum scelus *l. 1. §. 2. ff. d. extr. Crim. CCC. art. 119. Mey. all. l. n. 7.* dicitur enim in *l. un. C. d. R. V.* ob id potissimum raptum puniri capite, quod castitas, per ipsum sublata, restitui nequeat, quæ ratio quia non militat in non cognitâ, Legis quoque dispositionem cessare justum est: (2) in abducta meretrice *d. l. un. verb. honesta CCC. art. 118.* modò priores mores non emendarit, & honestè vivat. *Damb. d. l. c. 97 n. 12. Steph. ad d. art. Mey. d. l. n. 8. per l. 29. in fin. C. ad L. Jyl. d. ad. & St.* (3) Si Jure Canonico Novo rapta nubat, raptori *c. 6. 7. & fin. X. d. Rapt.* modò rapta parentibus restituta, & sic vitium purgatum sit, raptorque penitentiam egerit. *c. 7. §. his 36. q. 2.* hoc tamen casu consultum putat *Brunnem.* principis requirere consensum; Secus Jure Civili, quod non deceat hostili modo conciliare nuptias, sed sponsæ petendæ à parentibus, si tamen contra LL. prohibitionem fiat, bona raptoris non raptæ, sed parentibus dissentientibus, hisque deficientibus filco cedunt, *N. 143. §. sancimus N. 150.* quæ prioris Novellæ pœnam confirmat. *Speckh. Cent. 3. Cl. 1. q. 7. n. 10. Rittersb. ad Nov. p. m. 690. Brun. ad d. l. pen. ff. ad L. Jul. d. vi. publ.* Jus tamen Canonicum, utpote cum hæc matrimonialem causam attineant, quæ spiritualis censetur, observatur.

CAP. IV.

DE INCESTU.

Th. 1. Incestus dicitur ita quasi minimè castus, aut cestus, quæ erat vinculum, quò, Venus ad conciliandum amorem maritalem in legitimis Nuptiis utebatur, *Vall. in Decretal. p. m. 486.* Germ. Blutschande oder Unkeuschheit mit nahen Besippen Freunden, Styp enim denotat Gebluht/ & Stypschaffe Blutsfreundschaft! *CCC. art. 117.* Describitur per Consanguinearum, vel affinium abusum, *c. lex §. cum ergo 36. q. 1.* vel concubitum inter consanguineos & affines de jure conjungi prohibitos, scilicet patratum. *l. 38. pr. ff. ad L. Jul. d. ad L. ult. ff. eod. l. 39. §. 1. ff. d.*

R. N. l. 5. ff. d. quasi. Estque vel I. G. vel I. C. Ille inter Ascend. & Descend. in infinitum, sine sexus differentia, committitur. d. l. 38. §. 2. ff. ad L. jul. d. ad Carpz. l. F. 4. C. 22. D. 1. n. 10. Hic inter Collaterales, eosque vel proximiores vel remotiores. §. 4. J. d. Nupt. l. 19. C. d. Nupt. l. 2. C. d. Inst. & Subst.

Th. 2. Incestus I. G. coërcetur gladiò, quia adulteriò gravior c. 11. 32. q. 7. Jam verò pœna gladii huic constituta l. 11. §. 1. ff. ad L. jul. d. ad l. 30. §. 1. C. eod. Steph. ad CCC. art. 117. Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 72. n. 20. Brunn. proc. inquis. p. m. 207. & ad L. 38. ff. ad L. jul. d. ad n. 2. Juris Civilis verò incestus plectitur Fustigatione & Relegatione l. 38. §. 2. ff. ad L. jul. d. ad. & confiscatione bonorum, aut, si sit vilis persona, verberatione, & missione in Exilium. Auth. incestas C. d. inc. & inut. Nupt. l. 4. C. eod. §. 12. I. d. Nupt. modò non adsint liberi, d. Auth. in fin. Si enim graviolem pœnam hoc in casu dicarent, nulla esset differentia inter incestum in linea Asc. l. Desc. & inter incestum in linea Collat. commissum, quod verum tamen non est. l. 38. §. 1. & 2. ff. ad L. jul. d. ad. I. Canonico Clericus de incestu infamatus c. 4. c. 3. q. 4. c. 17. c. 6. q. 1. deponitur, vel ad judicium prudentiam condemnatur ad pœnitentiam septennalem c. 11. c. 33. q. 2. vel decennalem c. 5. dist. 82. c. si quis Episcopus c. Sacerdos c. si quis Clericus. dist. 81. Laicus autem excommunicatur. c. 9. c. 35. q. 3. c. 17. c. 33. q. 3. Jure Feudali Vasallus privatatur Feudo I. F. 5. vers. item si fidelis Incestus etiam inter affines patratus coërcetur arbitrariè. l. ult. vers. qui verò ff. d. R. N. Carpz. pr. Crim. q. 72. n. 23. & I. F. p. 4. C. 24. D. 2. quod præjudicio confirmat famigeratissimus Jctus Coshm. Vol. 3. Resp. 48. n. 41.

Th. 3. Obrinet etiam juris illa prohibitio, licet filia sit naturalis, Incestus enim cum omnibus, quibuscum matrimonium de jure subsistere nequit, committitur, l. 5. ff. d. quasi. l. fin. ff. d. R. N. Jam autem naturalis etiam cognatio matrimonio contrahendo obest. l. 14. §. 2. vers. unde ff. eod. nec natura differentiam inter liberos constituit. Carpz. l. F. p. 4. C. 22. D. 2. vel licet mater aut filia meretricio more vivant, quippe eò jus sanguinis non perimitur. Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 72. n. 41. aut licet filia sit adoptiva, quia sic etiam prohibetur matrimonium, cum adoptio imitetur naturam, §. 4. inst. d. Adopt. §. 1. vers. & hac adeo §. 2. & 5. J. d. Nupt. l. 14. & 55. ff. d. R. N. Imò Commixtio illa incestuosa adeò detestata, ut de Jure Can. Incestuosi nec osculandi nec salutandi sint. c. incestuosi. 35. q. 3. licet contra rigor ille juris maximè refringatur, si contrahentes minorenes fuerint. c. X. d. del. puer. Carpz. l. F. p. 4. C. 22. D. 3. Damb. pr. Crim.

6. 49. n. 8. aut ignorantia cognationis vel affinitatis & prohibitionis probabilis intercesserit, non quidem ejus quæ est juris Gent, sed quæ Civilis. l. 38. §. 1. 4. ff. ad l. jul. d. ad l. 57. §. 1. ff. d. R.N. l. 4. C.d. inc. Sinur. N. verb. errore Carpz. J. F. 4. C. 3. D. 6. aut si vicennium elapsum, modò cum adulterio sit conjunctum l. 39. §. 5. ff. ad L. jul. d. ad. licet hoc casu Deprecatio Ecclesiastica injungi solet. Brunn. ad d.l. aut si tandem filia fuerit spirituali; solet enim relegatio vel alia arbitraria pæna hoc casu dictari. Carpz. J. F. 4. 16. Def. 5.

CAP. V.

DE FORNICATIONE.

Th. 1. Fornicatio à verbo fornicor, i. e. meretricor, dicta, quum meretrices in fornicibus i. e. locis obscuris habitare consueverint, generaliter denotat omnem coitum illicitum qui sit extra Uxorem legitimam, Schrad. lex. jur. verb. fornicatio. Hic verò coitum illicitum soluti cum soluta vulgariter se prostituente c. 2. 36. q. 1. Germ. gemeine Hurerey / quæ ipsa vulgariter se prostituens uno nomine dicitur meretrix, vel quod me quasi retrò trahat à Castitate. Rol. conf. lib. 1. 74. n. 19. vel à merendo s. stipendia faciendo, s. mercede militando. Vall 4. 110. licet etiam sine quæstu se prostituere queat. l. 43. §. 3. ff. d. R. N. ridiculè vero Glossa in c. vidua in verb. multorum dist. 34. eam ex nimia hominum multitudine dijudicat (ut quæ admiserit viginti tria milia hominum) cum id rectius ex circumstantiis determinetur. Strauch. Dissert. Justin. 29. §. 6. Carpz. pr. Crim p. 2. q. 70. n. 2. Mev. ad I. L. 4. §. 5. n. 11. unicum tamen quæ patitur virum, meretrix dici nequit, quia ex singulari amore amanti sui copiam facit, quem amorem refrenare philosophiæ perfectæ est. N. 74. c. 4. pr.

Th. 2. Pæna ejus de J. Civili, ut quod eam, non ut Crimine vacuam, sed majoris mali i. e. adulterii & stupri vitandi causa, connivendo permittebat, nulla est definita. l. 13. §. 2. ff. ad L. jul. d. ad l. 29. §. 1. C. eod. Damb. all l. c. 95. n. 3. jus tamen Canonicum pænam infligit arbitrariam, siquæ fornicatio fuerit scandalosa diuvè continuata, aut pervenerit ad populi notitiam, depositionem dicitur incorrigibilibus c. 4. 32. q. 6. dist. 34. c. 20. in fin. 27. q. 1. c. 3. X. de cohab. Cler. & mul. Sc. 4. X. eod. Nec mores eam impunitam relinquunt, sed æquè arbitrariè coërcent, vel perpetuâ relegatione, si manifestè deliquerit meretrix; aut, si clam, temporali, vel carcere; aut, si quempiam morbo Gallicò infecerit, Fustigatione cum Relega-

legat'one. *Mev. ad L. l. 4 §. n. 4 Brunn. ad l. 19. C. ad L. jul. de Ad. Carpz. pr. Cr. p. 2 q. 70.* licet etiam paupertate oppressa vel induc'ta fuerit *l. 43. §. 5. ff. d. R. N. c. 5. X. d. divort.* Imò mares soluti cum eà scortati multa vel carcere coërcentur. *Rennem. IP. Rom. Germ. m. 3. D. 60. tb 97. Carpz. l. F. 4. 28. 3 & quidem gravius, si fuerit Vetula, aut deformis, quàm si florentis ætatis, cum ad hanc deamantam facillè alliciamur. Gloss in c. 4. 14. q. 6. Damb. d. l. c. 93. n. 13.* quin formosiori saltem occurrisset, omèn olim habitum præstantissimum, deformi verò & vetulæ inauspicatissimum.

CAP. VI.

DE CONCUBINATU.

Th. 1. Concubinitus, germ. *Leichtfertige Beywohnung* / Est Conjunctio maris & feminae, cohabitationis gratia inita, citra affectionem maritalem. *l. 3. §. 1. in fin ff d. don. int. V. & U.* Ex qua descriptione convenientia ejus cum matrimonio latè elucescit; unica enim in consortium aequè assumitur. *l. un. C. d. Concub. l. fin. §. fin. C. comm. d. manum. l. 121. §. 1. d. V. O. N. 18. c. 5. verb. Hac dicimus. N. 89. c. 12. §. si verò §. Brunn. ad l. 1. C. d. concub. & utrumque nomen habet à lege. l. 3. ff. d. concub. uti & necessariò requiritur, ut Vir cum ea matrimonium contrahere possit. *N. 17 c. 2.* licet etiam in multis ab invicem differant, sicut in liberi ex matrimonio nati dicuntur legitimi, ex concubina verò naturales s. Bastardi quasi *De se Art. (2)* Uxor non tenetur actione Furti, uti concubina sed rerum amorum. *l. 17. pr. ff. d. act. rer. am. (3)* Uxor & Matrisfamilias nomen honorificum est. *l. 49. §. 4. ff. d. leg. 3. l. 46. §. 1. ff. d. V. S.**

Th. 2. Fuit autem Concubinitus Jure naturali honestus *N 74. c. 7. § liceat. Palcott. tr. d. Notb. c. 11. n. 36.* licet propriam causam agere videatur, Jure Civili permissus, *l. 1. ff. & C. d. Concub* unde etiam licita dicitur consuetudo, *l. 5. C. ad Sct. Orph. Carpz. 4. 28. 5* cum hominum nequitia omni ex parte resisti nequeat, & constuprationum majora mala eò vitentur, non autem simpliciter approbatus. Jure tamen Canonico prohibitum eum dixerim, *c. 1. 2. 7. dist. 33. c. 3. X. d. cob. Cler. & mul. c. 3. dist. 38. c. 1. §. sciturus. de senz. & re jud. in VI. c. prater. dist. 32. c. 16 dist. ead. ubi mox depositio, mox Excommunicatio dicitur, & Episcopus hoc delictum non puniens dicitur impudicus canis *c nemo dist. 83.* Hodie cum sit prohibitus per *R. I. d. ann. 1530. 1548. & 1577. tit. von leichtfertiger Beywohnung 26. Carpz. l. Eccl. lib. 2, D. 235.* liberi inde nati pro spurii habentur.*

habentur, & ita vel nihil à scortatione differt, *Wes. in par. ff. d. Concup. & ibi Hahn. Mev. ad I. L. 2. 2. 9. n. 20. & ibi in addit. I. n. 60. Carpz. pr. Cr. 2. q. 70. n. 14. & punitur arbitrariè. Id. J. F. p. 4. C. 28. D. 5. aut ad minimum censurâ Ecclesiasticâ,*

CAP. VII.
DE STUPRO.

Th. 1. STUPRUM, quasi stupor turpis, quod stupido bruto simili sit qui in Venerem ruit, deflorationemque virginitatis non sine stupiditate morum ingenique appetit, Germ. *Jungst. und Witwenschwechung/ Schwengerung/ Schwendung/* describitur, quod sit concubitus illicitus soluti in virginem, vel viduam sine vi commissus, *l. 6. §. 1. ff. ad L. jul. d. ad l. 34. ff. eod. §. 4. j. d. publ. jud. vel virginis viduavè illicita defloratio. c. lex illa 36. q. 1. §. stuprum. Mev. d. l. 4. §. 1.*

Th. 2. Pœna ejus de Jure Civili in honestioribus erat publicatio dimidiæ partis bonorum, in vilioribus verò corporis coërcitio, sive Fustigatio cum Relegatione: *§. 4. vers. penam J. d. publ. jud. l. 38. §. 3. ff. d. pan. Vinn. ad d. §. 4. vel alia corporalis pœna, prout judici melius fuerit visum, si id luadent circumstantiæ. Farin. d. del. Carn. q. 147. th. 16. n. 6. Licet moribus nostris vigeat pœna carceris, vel pecuniaria, veletiam Ecclesiastica, Kirchenbuß. Carpz. pr. Crim. 2. 69. n. 55. & tenetur stuprator infanti alimenta præstare, non quamprimum natus, sed peractò trienniò; eousque enim solent lacte maternò ali, si tamen mater infanti lactando vacare nequit, & maximà insuper laborat paupertate, *Richt. dec. 88. n. 32. statim ut natus infans, ad ista judicis arbitrio determinanda tenetur, l. 9. C. d. P. P. salvò tamen stupratori beneficiò Competentiæ. Richt. d. l. n. 35. Mev. ad J. L. 4. §. 27. donec sibi de alimentis prospicere queat, bisß Er sein Brod verdienen könne / Richt. d. dec. n. 37. Carpz. d. l. q. 68. n. 106. quod ipsum judicis relinqvitur arbitrio, ex quo aliquando annus ætatis decimus tertius finis alimentorum constitutus. Mev. d. l. 4. §. 27. Eò verò ante 13. annum mortuò, stuprator ulterius non tenetur, quia alimentorum præstatio est personalis, & cum persona ejus cui debetur, extinguitur. l. 8. §. 10. ff. d. Transa. quò tñ. casu pietatis intuitu funebres impensas solvat, licet sit meretrix; quamvis enim eandem quidem dotare non cogatur, secus tamen est in alimentis infanti præstandis. Carpz. J. F. 4. 27. 10.**

Th. 3. Jure Lub. pro primo stupro multa indicitur triginta marcarum

B

carum

carum Lubecensium, si tantum reus habet in bonis, ut simul dotare queat, si non habet, luat in corpore plectendus carcere & cibatione per aquam & panem siccum; si secundâ vice cum quadam cogrediat, dotet stupratam, quò alteri commodius nubere queat, & sustineat carcerem cum carina, nec multâ hinc liberatur: si tertiâ vice perpetuâ relegatione coërcetur, *Mev. d. l. n. 33.* nec stuprata à pœna Ecclesiastica immunis, licet non dederit delicto ansam, alias enim vel multâ vel carcere diuturniore aut relegatione punienda foret *Carpz J. F. 4. 27. 9. Mev. d. l. n. 6.* Dotatio autem illa instituatur secundum stuprantis facultatem, *Richt. d. l. n. 8.* & stupratæ dignitatem, *Jhres Standes und Herfommens gemees* / vel quantum ei pater verisimiliter dedisset, vel aliis filiabus dare consueverit *c. 1. X. d. adult.* Imò vel ultra, quia virginitas, uti dos secunda, perit *Mev. ad J. L. 4. 5. 1. 22.* prout etiam, patre dotis causa nihil dare valente, nihilominus ad dotationem compellitur, *Mev. d. l. licet etiam illatò stuprò aliam duxerit; Mev. d. l. n. 10. Carpz. d. l. def. 3. Richt. d. l. n. 12.* sibi enim imputet, quod prius stuprum haud composuerit, damnum autem quod quis suâ sentit culpâ, sentire non videtur, *l. 203. ff. d. R. J.* vel pater stupratæ filiam suam stupratori elocare recuset; *c. 1. verb. si verò X. d. ad. & ff.* uti ex aduerso jura liberant stupratorem abs dotando, si meretrix fuerit, aut post deflorationem ab alio cognita *L. 29. in f. C. ad L. J. d. ad. Richt. d. l. n. 21.* vel ea nuda ad ejus lectum venerit, aut si stuprator à stupratâ sui juris, ut quæ proprio juri renunciare potest, parentibusvè ejus dotis remissionem impetrarit. *Richt. d. l. n. 27.* aut de certo pretio tempore stupri convenerit, *l. 24. ff. d. R. N. Mev. d. l. n. 25. Richt. d. l. n. 28.* vel alteri, non petitâ dote, nupserit, *l. 203. ff. d. R. J. Richt. d. l. n. 30.*

Th. 4. Cætera, si, remotis hisce obstaculis, nihilo tamen minus stuprator stupratam dotare nequeat, ducere eam tenetur, & ita disjunctivè sive alternativè, ne alias virgines pauperulæ, legis Divinæ fiduciâ, ut quæ hæc duo conjunctim requirit, *Ex. 22. v. 16. 17. Deut. 22. 28. 29.* ultrò procaes locupletium adolescentium connubiis indiciantur, & ita etiam Jure Lubec. ut quò vel ancillam aut ducere aut dotare tenemur. *Mev. d. l. n. 1. & 5. Carpz. pr. Cr. q. 58. n. 60.* Licet & J. Can. conjunctim requiratur, *c. 1. X. d. ad. & ff.* adedò, ut si stuprator ducere eam nolit, corpore coërcetur, excommunicatusque in Monasterium detrudatur, ad agendam pœnitentiam, *c. 2. X. eod.* Jus tamen Civile hoc in casu in terris imperii observatur. *Richt. d. l. n. 1.* ita ut in arbitrio stupratoris sit, non

in

in potestate Judicis, an mulierem stupratam ducere, an verò dotare ma-
lit. *Id. n. 2. Damb. pr. Cr. c. 92. n. 6. Carpz. J. F. 4. 27. 1. & J. Confist. 2.*
14. 229. 7. Mev. ad J. L. 4. 5. 3. n. 20. nisi fidem de matrimonio dederit;
tunc enim eam ducat; *Richt. d. l. n. 3. Mev. l. c. n. 3. ejus enim spe in con-*
cubitum consensit, salvà tamen Magistratui pænâ. *l. 51. §. 5. ff. ad L. A-*
quil. l. 18. §. 1. ff. d. judic. l. 14. C. d. pan. si verò promissionem matri-
monii stuprumvè neget, & contra eum præsumptiones militent, præ-
stet juramentum purgationis, quò præstitò absolvitur à matrimonio,
sed non à dotatione. *Mev. d. l. n. 8. Carpz. d. l. 3. 4. 48. 49. 50. 51. Richt.*
d. l. quod secus in meretrice, adeò, ut, si quidei promiserit, id tamen exi-
gere nequeat. *l. 26. ff. d. V. O.*

Th. 5. Pæna hujus delicti variis solet extendi modis, (1.) ut Mulier
passa se stuprari arbitrariè puniatur, *l. 20. C. h. t.* (2.) Tutor pupillam,
vel Curator adultam stuprantes puniuntur Exilio & bonorum proscrip-
tione *l. un. C. si quis eam cujus Tut.* quia sunt patris loco, eorumque
officium est defendere pupillam vel adultam, Ex qua ratione exasperan-
da pæna si Custos Carceris incarceratam cognoscit, *Brun. add. l. un.*
(3.) Vasallus condormiens filia vel sorori Feudatoris feudò aqvèac in-
adulterio privatur, uti contra Feudator Jus Directum amittit, si cum fi-
lia Vasalli rem habeat. *2. F. 24. §. rursus. Damb. d. l. c. 95. n. 10. & n.*
(4.) Servus stuprans domini filiam igni traditur, mulierque morte mult-
ctatur. *l. un. C. d. mul. quæ se propr. & liberi inde nati sunt infames,* &
omnia stupratæ bona, licet servus possideat, liberis legitimis, vel aliis il-
lius mulierculæ heredibus tradenda, quò fervorum ferocia & libido coër-
ceatur, uti è contrario pæna illa mitigatur, si stuprum saltem attempta-
tum, *l. 1. §. 2. ff. d. extr. Crim. c. 1. X. d. ad. & ff.* aut si virgo sit, secus
invidua, ut quæ cautior esse debebat. *Mev. d. l. art. 4.* adeò ut ista iccir-
cò à parentibus exheredari nequeat. *Carpz. pr. Cr. 2. 71. n. 76.*

CAP. VIII.

DE BIGAMIA.

Th. 1. BIGAMIA das Uebel der zweyfachen Ehe / Est nihil aliud
quàm Crimen publicum, quò persona conjugata cum alià in super nu-
ptias consummat. *l. 11. §. 7. ad L. Jul. d. ad. l. 2. C. d. Inc. N. l. 18. C. ad*
L. J. d. ad. c. 8. §. 2. X. d. divort. C. C. C. art. 121.

Th. 2. Pæna ejus de J. Civ. erat infamia, *l. 1. §. ult. ff. de his qui*
not. l. 2. C. d. Inc. & Inc. N. l. 18. pr. C. ad L. Jul. d. ad. vel alia arbitraria.

l. 11. §. 12. in fin ff. eod. secundum facti & personarum q̄ualitatem Brun.
ad d. l. 18. Et d. l. 2. uti & J. Can. c. 4. X. d. big. non ord. Imò si comper-
 tum, mulierem habere 2. viros, priori restituenda est, & si ad eum re-
 dire deneget, excommunicatur. *c. 1. c. 34. q. 1. c. 2. in fin. X. d. sec. N.*
 Hodie tamen in locis ubi viget C. C. C., gladii p̄na obtinet. *all. art.*
121. tam in mare quàm femina, ob textus illius generalitatem, Steph ad
d. art. Carpz. l. c. 9. 66. n. 33. Cui convenit Jus Lub. p. 2. r. 46. a. 1. Et ibi.
Mev. n. 1. Modò non ignoret solutus aut soluta alterum aut alteram esse
conjugatam, d. l. 18. C. ad L. Jul. d. ad. Carpz. d. l. n. 76. Mev. ad J. L.
4. 6. 6. 3. Carpz. J. F. 4. 20. 5. quia dolo caret, qui tamen necessariò re-
quiritur, CCC. d. art. nisi culpa ei imputari queat, quod non diligen-
tius inquisierit in alterius contrahentis conditionem (2.) aut putet con-
jugem decessisse. c. 1. verb. nec tamen Et c. 2. pr. uti Et c. 5. c. 34. q. 1. Et
l. 11. §. 12. ff. ad L. Jul. d. ad Brun. ibi. uti contra femina, si putet mari-
tum adhuc vivere, qui tamen mortuus, & se ab alio stuprari passa, non
subjicienda p̄næ adulterii vel Bigamiæ, Brun ad l. 8. ff. de his qui not. ad
quas altercationes tollenda certa conjugem absentem manendi consti-
tuta tempora, (2.) aut copula non secuta, art. 121. Carpz. J. F. 4. 20. 3.
licet aliqua coërceatur p̄na, quia contrahere 2. Matrimonia est puni-
bile. l. 11. §. 7. ff. ad L. Jul. d. ad. Carpz. pr. C. 2. 66. 39. 59. Et 80. Mev. d. l.
4. 6. 1. n. 10. Brun. ad l. 18. C. ad L. Jul. d. ad. Et.

CAP. IX.

DE ADULTERIO.

Th. 1. Adulterium quasi accessus ad alterum, vel ad alterius
 thorum. *c. 2. 36. q. 1. vel quasi alterius partus. l. 6. §. 1. ff. b. r. germ.*
 Ehebruch / quod quasi frangat fœdus conjugale, describitur, quod sit
 thori alieni violatio. *d. c. 2. Et 15. 32. q. 1. vel alienæ matris fœd. corru-*
 ptio. *l. 22. ff. d. V. S. vel delictum publicum, quò concubitu viri cum*
 aliena fœmina fœdus conjugale violatur, *all. can. 15. Et. 4. 32. 4.* Estque
 vel duplex vel simplex, illud, dictum quod duplex violetur thorus, com-
 mittitur inter utrinque conjugatos, in vernacula nostra dicitur Ober-
 Hurerey; Hoc, cum unus delinquentium est conjugatus, Einfache
 Hurerey; & ratione conjugatæ etiam De J. Civ: pro adulterio habetur,
 licet cum soluto rem habeat, quia eò jure id saltem æstimatur ex femina
l. 6. §. 1. ff. b. ratione conjugati verò commiscens se cum soluta stuprum
solum committitur. l. 6. §. 1. all. l. secus J. Can. all. c. 15. Et 16. 32. q. 1. c. 2.
 Et.

Uf. 32. q. 6. c. 4. 32. q. 4. quia una sit viri & Uxoris fides & castitas, & spes una habendæ prolis. *c. 1. X. d. spons. du. c. 5. X. d. big.* quam J. Can. dispositionem Theologi nostri sequuntur.

Th. 2. Pœnam ejus quod attinet, Augustus latâ lege Juliâ *l. 1. ff. adulteris relegatione* m. d. i. c. a. v. *l. 5. D. d. quæst. l. 13. D. d. his que ut ind. l. 4. §. 7. ff. de re mil. l. 14. §. 8 ff. d. Testib. l. 2. §. 3. ff. d. his qui noi: inf.* Successu temporis Dioci. & Maxim: & post eos Constantinus M. pœnam mortis introduxerunt. *30. §. 1. C. b. Si in nuptam committatur, s. patrans ligatus sit f. solutus. Brun: ad d. l. Carpz. J. F. 4. 19. 2. n. 2. per l. 6. §. 1. ff. d. l. quia æque thori vinculum violat, stirpemque spuriam familiæ alienæ inserit. Carpz: d. l. n. 4.* Imò ipse Justin. Legem illam *30. supr. ell.* Constantino M. tribuit *N. 134. c. 10.* Tandem Justinianus pœnam illam mortis in masculis approbavit, *l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. d. ad. quæ lex quo ad virum non est correctâ, per Auth. sed hodiè, uti patet ex N. 134. c. 10. ex qua illa Auth. desumpta. vid. Hahn. ad Wes. ad L. Jul. d. ad n. 19. verb. Ord. Imper. c. 120.* in feminis verò, ob sexus fragilitatem, mitigavit, vel ne maritis Uxoribus ulterius cohabitandi facultas adimatur, *Carpz: J. F. 4. 19. 5.* Ita ut virgis cæcæ, ob spem emendationis, in monasterium tradantur *d. Auth. sed hodiè,* unde tamen intra biennium recipi poterant, eò verò elapso monachalem habitum suscipere cogebantur, liberisque 2. bonorum partes, monasterio tertiam cedebant, istis verò deficientibus tertiam partem i. e. 4. uncias parentibus cedebant, reliquas 2. partes monasterio, prædictorum autem nullò existente omne monasterium applicatur, *Brun. ad d. Auth.* Plurimis tamen in locis, ubi monasterium non ita in usu, vel plus usibus destinatum, aut æqualiter puniuntur, aut virgis cæcæ relegantur, factâ marito aliam ducendi potestate. *Carpz. pr. Cr. q. 53. n. 31. Brun. ad l. 38. ff. b.* præcipuè cum *N. 134. c. 10.* maxime adverteretur juri Divino, quod sexus differentiam hac in parte respuit, & impudicitiam mulierum non minus coercet, quàm virorum. *Gen. 38. v. 24. Lev. 20. v. 10. Si Deut. 22. 22.* præterea in eò maximè est irrationabilis, quod femina per stirpis & alienæ sobolis institutionem plus peccet quàm adulter, æque vè fœdus conjugale rumpat. *Brun. ad Auth. sed hodiè C. b. Carpz J. F. 4. 19. 6. n. 6.* singularis sanè in adulteros statuta pœna *Nov. Leon. 32.* ut quâ ob formæ abusum nasus abscinditur adulteris: at in Imperio Rom. illæ non habent autoritatem, illamque pœnam Poetarum ille facetissimus *Mart. lib. Ep. 3. seqq. irridet verbis.*

B 3

Quis

Quis tibi persuasit nares abscindere mæcho?

Nil hæc peccatum parte marite Tibi.

Stulte quid egisti? nihil hinc tua perdidit Uxor,

Cum sit salva tibi.

Æquè inquam miranda, ac illa de Jure Can. in c. 19. vers. ad ultimum. X. d. homic. vol. furibus constituta pœna, quâ virilia iis amputabant, oculosque eruebant. Eck. d. l. ad tit. d. furt. §. 11. in fin. jure Feud. Vasallus cucurbitans dominum Feudo privatur. i. F. §. pr. I. Can. in Clericis est suspensio. c. 5. X. d. ad. vel, si sint incorrigibiles, depositio & detrusio in monasterium, ad perpetuo agenda pœnitentiam c. 10. Et ii. dist. 81. In Laicis tam masculis quàm feminis Excommunicatio, c. 6. X. b. t. Damb. loc. cit. cap. 91. num. 8. feminaeque ad perpetuam agenda pœnitentiam, detruduntur in Monasterium, c. 19. X. de convers. Conj. Jure Lub. primâ vice dicitur adulteris pœna pecuniaria, 6. §. 2. quam tamen pœnam improbat Mev. d. l. n. 6.

Th. 3. Gladii illa, de J. Civ. constituta, pœna locum etiam habet in eo qui domum suam ad id accommodavit. l. 8. pr. ff. ad L. Iul. d. ad. L. 27. §. 1. circa fin. eod. aut licet femina nimîa viri sævitia, vel famis necessitate ad id fuerit compulsâ, l. 43. §. 5. ff. d. R. N. c. 5. X. de divort. adeò enim detestandum Crimen est, ut patri liceat adulterum unâ cum filia occidere. l. 20. 22. 23. 24. ff. b. t. l. 32. pr. ff. eod. CCC. art. 142. modò pater sit sui juris, d. l. 20. & filia in PP. d. l. 20. Et 21. & fiat in ipsa turpitudine, l. 23. pr. Et §. fin. ff. eod. vel, si filia fugiat, aliquot post horas, d. §. fin. d. l. & in propria, vel generi domo, l. 23. §. 2. eod. uti supra exaggravantur, si in aulis committantur. Struv. tr. d. vind. priv. p. m. 70. Brun: ad l. 23. ff. b. Marito etiam conceditur occidere mæchum, si maritus sit sui sive alieni juris, l. 24. §. 2. ff. d. l. modo mæchus sit vilis conditionis, l. 4. C. b. & turpis, l. 24. ff. b. uxoremque sine mora dimittat; alias enim Lenocinium contraheret, l. 2. §. 2. ff. eod. l. 24. §. 1. l. 29. pr. Et l. 2. C. b. non verò habet potestatem Uxorem occidendi. l. 24. ff. eod. quia maritalior & impetus refrenari debuit. l. 22. §. fin. ff. b. t. Si tamen pater vel maritus terminos legitimos transgrediantur, tenentur quidem L. Corn: d. sic, sed ad pœnam arbitrariam, ob dolorem justissimum, quem temperare est difficile. l. 38. §. 8. ff. b. l. 4. C. eod. Jure Can: triste illud jus non permittitur, c. 6. 8. 9. 33. 9. 2. nec tuti sunt in foro Conscientiæ; Brun: ad l. 4. C. b. t. quia leges eis non porrigunt ferrum, ut militibus, sed ferrò utentibus connivent, maximaq; animæ humanæ ratio habenda. per can: supr. ad.

Th. 4.

Th. 4. Contra mitigatur pœna adulterii ordinaria, (1.) si cum sponſa patratum; Fuſſigatione enim in praxi coërcetur. *Brunn. ad l. 13. ff. b. r. licet verum ſit adulterium, quia nec ſpem matrimonii violare licet, l. 13. §. 3. ff. d. l. 7. C. eod. licetque non ſit thorus præſens eſt tamen futurus, cum conjugalis thorus non ſolùm conjunctione corporum, ſed & nexu ſuimorum æſtimetur, & ita ratione adulterii ſponſa pro nupta habeatur* *Brunn. ad l. 1. §. 13. ff. d. l. Carpz. pr. Cr. p. 2. q. 56. n. 36. Brunn. ad l. 7. C. b.* (2) ſi Uxor, quæ cum patratum eſt, Meretriciò morrevivat. *l. 22. §. 19. in ſin. C. b. Richt. dec. 88. n. 51. Carpz. pr. Cr. p. 2. q. 61. §. 57.* (3) ſi concubitu non ſit conſummatum, *l. 1. §. 2. ff. d. extr: Crim. qvi Textus, uti ſupra dixi, Canonizatus in c. 15. §. qui puero c. 33. q. 3. Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 61. n. 6. injuriarum tamen agi poteſt. l. 9. §. ſin ff. d. injur: & ſam: lib: (4) ſi cum ea commiſſum, quæ quoad thorum & menſam à Marito ſeparata eſt, *Brunn. ad l. 1. ff. h. t. Carpz. p. 3. Dec. 291. (5) Si pars innocens intercedat, Auth ſed hodiè C. b. N. 134. c. 10. c. 7. §. 8. 31. q. 1. c. 29. 23. q. 4. c. 25. in ſin X d. jurejur: licet etiam ſit adulterium duplex, modò aliæ concurrant circumſtantiæ, Richt: dec: 88. n. 89. (6) Si quinquennium elapſum. *l. 11. §. 4. l. 29. §. 5. l. 31. ff. ad L. Iul: d. ad. l. 5. C. eod: à die delicti ultimi ad tempus judicii computandum, d. l. 29. §. 7. ſ. per modum accusationis ſ. inquisitionis iudex procedat. Carpz: pr: Cr. p. 2. q. 59. n. 19. niſi prævaricatio aliudvè impedimentum accusationem elulerit, ut ſi ipſe maritus adulter, vel viſ publica in factò arguatur, *l. 29. §. ult: all l. 31. ff. eod. & hoc conſtitutum eam in ſinem, ne quieta matrimonia, prætextu adulterii, turbentur. Conf. Peretz: in C. d. accus. & in ſer: n. 18. Solet tamen deprecatione Eccleſiaſtica injungi, crimine etiam præſcriptò, ſed à competente magiſtratu. *Brum: ad l. 39. ff. d. l. §. in proceſ. inquisit: cap. 9. n. 40. & c. 11. n. 4. ſeq.*****

Th. 5. Prius equidem quàm hinc diſcedam, indicia hujusce Criminiſ, indequè descendentes actiones paucis, præter inſtitutum, indagare operæ duxi pretium; primum itaque eſt indicium, ſi maritus per annum abſit reverſus autem conjugem reperiât prægnantem. *l. 6. ff. d. his qui ſunt ſui. al. j. (2) ſi maritus diu laborarit morbò, ut debitum, conjugale Uxori præſtare nequiverit, illa tamen nihilominus gerat uterum *d. l. 6. hæc enim indicia naſcuntur ex principiis naturalibus & ita ad condemnationem ſufficiunt (3) ſi adulterio accuſati deſenſionem ex adgnatione prætendentes poſt ſententiam abſolutoriam nuptias contrahant, *l. 34. C. b. Eſt q; præſumptio. I. & de I. huc ſpectat illud Martialis: Machus***

Machus erat, poterat tamen hoc tu Paula negare,

Ecce vir est, nunquid Paula negare potes?

Secus J. Can: c. 2. § 5. c. 31. q. 1. c. 6. X. d. eo qui dux in matrim: (4) si maritus ter sub tribus Testibus inscriptis suspecto conversationem occultam vitare denunciavit, ille autem furtivos aditus magis magisque affectet, quæ pariter est præsumptio J. & de J. N. 117. c. 15. *Aurb. si quis ei C. b. 1.* (Jure Can: excommunicatur. c. si quisque X. d. cob. Cler: & Mul.) & ambæ ad condemnationem sufficiunt, secus in præsumptionibus juris & hominis, ex quibus solum agitur Civiliter ad thori separationem, vel dotis amissionem, quò refero, si mulier extra domum, sine causa & Virò non consentiente, pernoctetur. l. 8. §. 3. C. d. repud: (2) si per loca in via & nemora pluries convagantes visi, & testimonium vicinæ super eo receptum sit c. 13. X. d. pres. (3) si nudus cum nuda, solus cum sola in eodem jaceant lecto. c. 12. X. d. l. quia pater noster ipsi illi orare nullatenus præsumuntur, Ex adverso est præsumptio contra adulterium, si Vir infirmus vel senex; de muliere enim id absolute non affirmarim, quia Vetulæ rabiem in corpore gerunt (2) si sint mulieris consanguinei, l. 19. C. d. Ep: & Cl: l. 34. pr. C. ad L. Jul. d. ad. § 2. præcipuè si regionis consuetudo accesserit, ut quæ vanas sapius præsumptiones elidit, uti videre est in osculo: juxta Germanorum vulgare, *Rüssen ist etn abwischen;*

Th. 6. Actio ex hoc delicto descendens est vel Criminalis vel Civilis; De illa in thesibus præced: movenda verò coram Judice Seculari & Ecclesiastico, quia cognitio ejus est mixti fori, ita ut Ecclesiasticus Laicum punire queat, & præventioni locus pateat, c. 8. X. d. for: Comp: c. 1. X. d. off. jud: ord: c. 5. X. d. procur: Hæc movenda coram Judice Ecclesiastico all. c. 5. § c. 3. 4. § 6. X. d. procur: c. 6. X. d. ad. & stupr: tendit ad vinculi separationem. Carpz: pr: Crim: p. 2. q. 63. n. 12. 30. 40. filiisque deficientibus dotis, donationis propter nuptialis, reliquæque substantiæ, quantum dotis tertia pars esse agnoscitur, Lucrum. l. 38 in fin. ff. sol: matr: d. l. 8. §. 5. C. d. repud: N. 117. c. 8. §. 2. c. 4. X. d. D. I. V. § U. Carpz: all. l. 9. 64. n. 17. nisi commissò adulterii Crimine maritus (1) mulierem domi retinuerit, cumque ea se commiscuerit all. c. 4. X. d. D. I. V. § U. verb. reconciliata, sumptò argumentò à contrario sensu: (2) actioni renunciavit, l. 15. §. 5. ff. ad L. Jul. d. ad. vel (3) Lenocinium exercent. l. 47. ff. sol: matr. Dotis tamen istam amissionem ad vi-

quam mortuò Marito stuprum committentem non extendendam,
velim, *N. 39. c. 2. §. fin.* Imò nec ad viduam vivò Maritò adulteri-
um committentem, si ve sciverit Maritus commissum esse si ve non,
quamvis Dd. mirè hic variant, *Habn. ad Wes. d. l. verb. quarta.*

Th. 7. Facultas autem illa agendi olim Marito aliisque proxi-
mioribus saltem competeat, *l. 30. C. ad L. Jul. d. ad. & ff. non ve-
rò Uxori, quæ tamen, ratione sexus, accusandi diversitas, sublata,
C. C. E. art. 120.* Haud tamen dixerim cuius levissimis suis accusatio-
nibus fædere temerè connubia concessum esse, cum certus ea de re
ordo in jure nostro sit constitutus; prout accusandi illa libertas com-
petit (1) Marito, ut qui propensiore irâ accusationem persequitur,
l. 2. §. pen. ff. ad L. Jul. d. ad. (Idem juris in sponso contra sponsam
adulteram *l. 7. C. eod.*) licet sit Minor 25. annis *l. 6. §. 2. l. 13. §. 6. ff. eod.*
N. 117. c. 8. §. 2. aut adulterium primi Mariti tempore patratum sit,
Modò non sit eodem Crimine maculatus *c. 6. X. d. adult.* nec pater
mulieris maritum uti infamen arguat, & colludere magis quàm ac-
culare doceat. *l. 39. ff. d. l. l. 20. C. eod. c. 3. & 14. 32. q. 5.* aut ab accu-
satione semel in judicio capta destiterit, vel mulier violenter ad id
coacta *l. 13. §. 7. vers. Caterum ff. eod. l. 39. pr. ff. d. l. l. 20. C. eod.*
c. 3. & 14. 32. q. 5 aut maritus eodem prælationis jure admittitur mulieris pater
(2) post Maritum eodem prælationis jure admittitur mulieris pater
& intra eadem tempora *l. 4. §. 1. ff. d. l.* modò filiam adhuc in pote-
state habeat, *l. 14. §. 2. ff. eod.* (3) admittuntur reliqui cognati, quos
verus dolor ad id impellit *l. 30. C. eod.* (4) Extranei in 4. men-
set. *l. 4. §. 2. ff. eod.* Hodie non admittuntur, sed magistratus ex of-
ficio inquirat. *Habn. ad Wesenbec. b. t. n. II.*

CAP. X.

DE SACRILEGIO LUXURIOSO.

Th. 1. Sacrilegium luxuriosum est concubitus illicitus, con-
tra votum religionis ordinisvè cum persona voto obstricta contra-
ctus. *l. 5. C. d. Ep. & cl.*

Th. 2. Pæna ejus de J. Civ. est gladius *d. l. 5.* Jure Can. in
Clericis est depositio & in monasterium detrusio, in Laicis excommu-
nicatio, *c. 6. c. 27. q. 1. c. 28. c. & q. ead.* Quæ J. Civ. pæna obtinet,
licet

licet saltèm sit Attentatum, *d. l. 5.* Aut consenserint mulieres, *c. 2. r. 36. q. 2.* Aut meretrices sint, modò fiat in loco sacro, *vid. Habn. d. del. carn. Dissert. special. rb. 68. & seqq.* Imò fori præscriptio hic cessat, *l. 54.* sociique eadem tenentur pznâ *d. l. 5. panas.*

CAP. XI.


DE LENOCINIO.


Th. 1. Ultima delictorum Carnis species est Lenocinium, quod nihil est aliud quàm crimen publicum, quò quis ex scortationibus questum facit, *l. 4. §. 3. ff. d. his qui nor. inf. l. 43. §. 6. ff. d. R.N. CCC. art. 122.*

Th. 2. Pzna ejus ratione parentum liberos lucrifera causa prostituentium, & mariti ratione Uxoris prostitutz est capitalis. *N. 14. §. si quis s. quam Novellam ait Imp. se Deo consecrassè, in aliis verò casibus pznâ obtinet arbitraria, relegatio, Fustigatio, aurium, abscissio, vel Expositio in numellis, ut si aliorum ope vel consilio, Bertuppelung/conciliantur. l. 16. pr. ff. d. pen. CCC. 123. etiam jure Lubecensi vers. Sol. nach Erkennenis gestrafft werden. Mev. 4. §. 6. 4. Quin licet Leno der Kupler oder Huhren. Wirte sit pauper. l. 43. §. 5. ff. d. R.N. Carpz. I. F. 4. 29. 10. aut vidua sit, vel naturalis filia illa prostituta, capite tn. puniuntur. Carpz. p. 2. q. 71. n. 6 Steph. ad all. art. Brun. ad l. 12. C. d. Ep. aud. ut & illi qui domum suam Lenoni locant. l. 8. ff. ad L. Iul. d. ad. l. 1. §. 2. ff. d. Extr. Crim. licet. CCC. art. 123. arbitrariè puniantur: uti & præterea pznâ ordinaria fallit, si parens filiam, aut maritus (Hahnrey) Uxorem sine questu prostituunt. l. 29. §. 2. & 4. ff. ad L. Iul. d. ad. N. 14 §. prasonizamus. Carpz. 4. 29. 3. Mev. ad I. L. 4. §. 6. n. 8. Brun. ad d. l. 29. & puniuntur extra ordinem. (2) si non habuerit effectum. l. 1. §. 2. ff. d. Exmord. Crim.*

SOLI DEO GLORIA.







quam mortuò Marito stuprum committentem
velim, *N. 39. c. 2. §. fin.* Imò nec ad viduam vi-
um committentem, siue sciverit Maritus com-
quamvis *Dd. mirè hìc variant, Habn ad Wesf. a*


Th. 7. Facultas autem illa agendi olim
mioribus saltem competeat, *l. 30. C. ad L. Jul.*
rò Uxori, quæ tamen, ratione sexus, accusand
C. C. E. art. 120. Haud tamen dixerim cuius lev-
nibus fædare temerè connubia concessum esse,
ordo in iure nostro sit constitutus; prout accusa-
petit (1) Marito, ut qui propensiore irâ accusa-
l. 2. §. pen. ff. ad L. Jul. d. ad. (Idem juris in spo-
adulteram *l. 7. C. cod.*) licet sit Minor 25. annis *l. 6.*
N. 117. c. 8. §. 2. aut adulterium primi Mariti ten-
Modò non sit eodem Crimine maculatus *c. 6.*
mulieris maritum uti infamen arguat, & collud-
culare doceat. *l. 39. ff. d. l. l. 20. C. cod. c. 3. & 14.*
satione semel in iudicio cæpta destiterit, vel m-
coacta *l. 13. §. 7. vers. Caterum ff. eod. l. 39. pr.*
c. 3. & 14. 32. q. 5 aut maritus duos menses utiles
(2) post Maritum eodem prælationis iure adm-
& intra eadem tempora *l. 4. §. 1. ff. d. l. modò f*
state habeat, *l. 14. §. 2. ff. eod.* (3) admittuntur r-
verus dolor ad id impellit *l. 30. C. eod.* (4) Ext-
set. *l. 4. §. 2. ff. eod.* Hodie non admittuntur, se-
ficio inquirat. *Habn. ad Wesenbec. b. t. n. 11.*

C. A. P. X.

DE SACRILEGIO LUXU

Th. 1. Sacrilegium luxuriosum est concu-
tra votum religionis ordinisvè cum persona vo-
tus. *l. 5. C. d. Ep. & cl.*

Th. 2. Pæna ejus de J. Civ. est gladius
Clericis est depositio & in monasterium detrusio,
nicatio, *c. 6. c. 27. q. 1. c. 28. c. & q. ead. Quæ J.*



ndam
ulteri-
non,
a.
proxi-
on ve-
blata
satis-
de re
s com-
uitur,
on sam
ff. eod.
n sit,
pater
m ac-
accu-
ad id
eod.
us sit
pater
pote-
quos
men-
x of-
con-
ntra-
in
amu-
ninet,
licet